



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Septem Illustrium Virorum Poemata**

**Amstelodami, 1672**

Ad Clementem IX. P. O. M. Cùm Episcopo & Principi Monasteriensi Adjutor  
Successorque lectus designatusque esset, An. M. DC. LXVIII. pridie Cal.  
Maias. Eucharisticon.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11215**

A D

CLEMENTEM IX, P. O. M.

*Cum Episcopo & Principi Monasteriensi Adjutor Successorque lectus designatusque esset, An. M. DC. LXVIII. pridie Cal. Maias.*

E U C H A R I S T I C O N.

**G**randibus immensas Tibi debeo, maxime Clemens,  
 Pro meritis grates muneribusque tuis:  
 Quod tua me populis sacrauit ' dextra regendis  
 Impositum, Paderæ quos rigat unda meæ:  
 Quod Mimigarda potens, æquo te Judice, nobis  
 Detulit imperii proxima jura sui;  
 Tincta nec adversæ valido potuere veneno  
 Invidiæ nostrum lædere tela caput.  
 Sed tua quando meæ nequeunt æquare canendo  
 Aönides parvis maxima dona modis;  
 Mente, precor, gratâ contentus, perge tueri  
 Præfidio fretum me, Pater alme, tuo.  
 Sic Tibi dent Superi quod aves, quod jure mereris,  
 Et pro Te Superos publica vota rogant.  
 Sic Themidi ambiguum faciat Clementia palmam,  
 Ornet an hæc mores, an magis illa tuos.

I An. M. DC. LXI. VI. Junii. Romæ.

I M B